

Via Illustris et Consultissime,
 Patrone omni observantia Colende,

Ego vero insigne et egregium illud voluntatis in me Tuae
 testimonium, quod suavissimae humanissimaeque litterae Tuae
 inopinanti mihi nuper attulerunt, quam velim, verbis ornare,
 aut ullis meis studiis et officiis posse promoveri. Sed de hoc
 quo crebrius diligentiusque cogito, eo magis me vinci sentio amo-
 re et humanitate Tuae, quae ita animo observatur meo, ut nulla
 aetas, nulla oblivio, inde eximere eam, aut delere valeat.
 Neque minus me bibliothecae recordatio delectavit, quae tantum
 curae Tuae ac sollicitudini debet, quantum ipsi posteritatem,
 quam diu litteris honor erit, qui sane aeternus erit, praevideo esse
 debituram. Ego quidem nullibi libentius stium consumo, et
 sol ingeniorum contemplationem, sacrumque et venerandum illud
 silentium magna cogitationum studiosumque incitamenta esse,

intelligo. Eo certe magis exulto, novum illi ornamentum, SE au-
 ctore, per numos Ludovicianos, auresurum esse, quos statim ac
 litteras TUTO accepi, attente perlustrans, praestantissimos inveni.
 E Graecia Regum, Populorum et Urbium, quingviginti feres in Mu-
 seo desunt. Familiae Aetiae, Minatae, Opiae, Rubelliae, Sestiae
 tantum rubricas habemus, ut omittam plures a Vaillantio rarissimis
 annumeratos. Ex Imperatorum numis. colonias modo, et quos Ganduri-
 us non recensuisset, aut memoria rerum gestarum nobiliores re-
 dit, virgula notavi. Omnes vel aerei, vel argentei sunt, auresos oip
 decem in illo indice deprehendi. Quae cum ita sint, ne falsario-
 rum astutia circumveniamur, numos ipsos inspicere necessari-
 um videtur, atque tum ejus rei causa, tum ut obsequium
 TUTO meum praestem, proximo salarii die in rheda publica
 Wittebergam proficiam. Pretium numis non adeo magnum
 statutum est, neque rem felicitate spero peracturum esse; mo-
 do faveant Musae et Senatorii Numophylacii Genus. Ca-
 ram Ludovicianae Collectionis hactenus Wernerus doffius, pere.

videtur juvenis, habuit cui me frater ejus, amantissimus mei,
 commendabit. Numos sub Dioc. Augusto signatos in adjecta sche-
 dula Cl. Halthausius, qui Te perquam officiose salutatur, notavit.
 Emendationes meas Graecarum Muratorii Inscriptionum ad finem
 Lese perduxit, in quibus plus quam septuaginta loca restitui, et non-
 nulla, quae tanto Viro miraberis excedere potuisse, observavi.
 Vale, Vir Illustris et Consultissime, et rem publicam feliciter gere
 me vero studiosissimum TVI amare perge. Lipsiae ad d. 14.
 Junii A. 1742.

Illustri Nomini Tuo

Codditus,
 Jo. Henr. Leubius.